



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Cautela Confessarii Pro Foro Sacramentali Occasione
Decretorum S. M. Alex. VII. Innoc. XI. Et Alexandri VIII. ...**

Matthaeucci, Augustín

Francofurti Ad Moenum, 1711

§. III. Duellum, Vid. supra cap. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40684

§. III.*Duellum.**De Duello vide dicta cap. 2.***§. IV.***Manus violenta in Clericum.*

45. *Quæritur. Quinam dicantur violentas manus in Clericum injicere?*

Resp. Qui actionem exteriorem injuriosam, & contumeliosam facit contra Ecclesiasticas personas, ut, si eas violenter percutiat *mann*, *pede*, *lapide*, *baculo*, *ense*, *Scelo*, &c. violenter etiam absque corporis laesione detineat, vel incarceret: aliquid ab eis violenter eripiat; velles laceret; venenum propinet; vel quid simile in contemptum attentet, per quod eas notabiliter aliquam injuria, & contumelia contra honorem, & reverentiam statui Clericali, & personis Ecclesiasticis debitam afficeret censeatur. Videnda Glos. add. cap. *Si quis verb. man.* Injuria verò factis, non verbis irrogata censuram concludit.

46. In casu, appellatione Clerici ve- niant omnes Ecclesiasticae personæ: ut, Clerici, etiam primæ tonsurae; ac con-jugati, si cum una, & virgine contra-xerint, habitum, & tonsuram defe- rant, cap. *Clerici de Cleric. conjung. in 6.* Item, omnes Religiosi utriusque sexus, etiam Noviti. Cap. *Cum illorum*, cap. *De monialibus de sent. excom.* Et cap. *Re- ligioso cod. tit. in 6.* Item, Tertiarii cum Claustralibus habitantes: Item, Mu- lieres Tertiariæ virginalem, aut coeli-

bem vitam voventes, etiam si seorsim in propriis domibus, aut affinium suorum habent, juxta constit. *Dum intra, Leo- nis X. la 22. Bullar. to. 1.* dummodò con-diciones habeant taxatas in decreto *S. C. Conc. quod refero Offic. Curie, c. 52.*

Item, Eremitæ, qui sub obedientia Episcopi alicui Ecclesiæ in communitate, vel separatis deserunt. Item, Equites *S. Joannis Hierosolymitani*, vulgo *di Malta*, cap. *Canonica de sent. excom.* Quippe solemnia vota Religionis emit-tunt, ut per Sperellum decisi.

47. *Quæritur, An ad incurrandam censuram Canonis excusat parvitas ma- teria?*

Resp. Affirmative. Conveniunt enim DD. Barbosa, Diana, aliisque in hac materia dati parvitatem materie, adeò, ut non incurritur censura, si injuria, vel contumelia illata talis judicio viri prudentis non sit, quæ ad peccatum mortale sufficiat, ut ex Bonaccina ob-servavit Abellii *Medal. p. 2. 10. 2. c. 6. foiss. 2. f. 1. num. 6.* Nam cum sit injuria levissima, non dicitur facta suadente Diabolo per Du-hamel *Theol. Cleric. tom. 3. lib. 5. differt. cap. 5.* Et exemplificant; si quis leviter Clericum à se animo irato repel-lat.

Hinc, ut censura incurritur percus-sio non levissima esse debet, sed *levis*, *mediocris*, *aut gravis*, seu *enormis*. Judicium autem, an *levis* sit, *mediocris*, vel *enormis*, cùm sit res facti, dependet à qualitate loci, personæ, & circumstantia injectionis manus, de quo in Extravagante *Perlettis Joan. XXII.* apud *Confectum de privil. mend. p. 1.*

48. *Levis itaque percussio secundum (H) 2 allegat.*